

www.e-rara.ch

**Xenophontis philosophi ac historici excellentissimi Opera, quae
quidem extant, omnia**

Xenophon

Basileae, anno 1545

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-104628>

Romulus Amasæus Ludovico

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Hoc etiam res declarant ipsæ: nam per eorum regiones hostes facilius uersantur quam amici. Cyrus enim cum iactum ferentiorum amouisset, thoracibus autem eos et equos armasset, et pilum unum cuique dedisset in manum, cominus pugnam faciebat: sed hoc tempore neque iactu utuntur amplius, neque cōgredientes cominus præliantur. Atque pedites habent quidem ipsi crates et mucrones et securis, quemadmodum Cyri temporibus pugnantur, sed cominus congregantur neque hi uolunt. Nec item falcatis curribus ad id utuntur amplius, ad quod eos Cyrus est fabricatus. Cyrus enim cum aurigas amplificasset honoribus, bonosque reddidisset, habebat qui in arma impetum facerent. Persæ autem huius temporis cum ne norint quidem eos qui sunt in curribus, cēsant similis sibi qui exercitatione carent eos fore, qui exercitati sunt. Et hi quidem adoriuntur. Sed priusquam fuerint inter hostes, alij e curribus ultro excidunt, alij exiliunt. Quo fit, ut iugales aurigas carentes pluribus sepe malis amicos quam hostes afficiant. Quoniam nimirum ipsi quoque cognoscunt, quæ sibi sibi proposita sunt belli præmia, remittuntur. Neque mox amplius sine Græcis ad bellum constituitur, neque cum inuicem belligerant, neque cum Græci agunt contra eos exercitum: sed etiam aduersus hosce didicere cum Græcis bellum gerere. Et ego quidē arbitror, quæ pollicitus sum, ea mihi aliquādo esse absoluta. Existimo enim Persas atque Persarum socios et magis impios esse aduersus deos, et magis nefarios in necessarios, et iniustioris erga alios, et ignauioris ad bellum hoc tempore, quam antea fuerit demonstratum. Quod si quis fecerit atque ego sentiat, si eorum is opera consideret, ea inueniet testimonio suo uerba mea confirmare.

ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὰ τὰ γινόμενα. καὶ τὴν χώραν γὰρ αὐτῶν ῥάδιον οἱ πολέμοι ἢ οἱ φίλοι ἀνατρέφονται. καὶ γὰρ οὐδὲν ἄλλο, τοῦ μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀπὸ πύργων, θωρακιστοὺς δὲ αὐτῶν καὶ ἵππους, καὶ γὰρ παλαιοὶ ἐκείνων εἰς χεῖρας, οὐδὲν γὰρ τὴν μάχην ἐποιεῖτο. νῦν δὲ οὐτὶ ἀκροβολίζονται ἔτι, οὐδὲ εἰς χεῖρας στωιόντων μάχονται. καὶ οἱ πεζοὶ ἐχρυσὶ μὲν γέβρα, καὶ κοπίδας, καὶ σαγάρδας, ὥστε ὡδὶ λυρόν τὴν μάχην ποιησόμενοι. εἰς χεῖρας ἔρχονται, οὐδὲ εἰς τοὺς ἐβελουσιν, οὐδὲ γὰρ τοὺς θρεπαινοφόρους ἀρμασιν ἐπιχρῶνται, ἐφ' ᾧ λυρόν αὐτὰ ἐποιεῖτο. ὁ μὲν γὰρ τιμῆς αὐτῶν εἰς τὴν λυρόν, καὶ ἀγαθὸς ποιήσας, εἰς χεῖρας εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας. οἱ δὲ νῦν ὅδε γὰρ γινώσκοντες ὅτι ὡδὶ τοὺς ἀρμασιν, οἷοι τὰ σφίσιν ἐπιχρῶνται, οὐδὲ ἀνασκήντες τοὺς ἐβελουσιν ἐσεῖδαι. οἱ δὲ ὅδε μῶσι μὲν. πρὶν δ' ἢ τοὺς πολέμοις εἶναι, οἱ μὲν ἐκόντες ἐκπύηουσιν, οἱ δ' ἄλλανται. ὥστε αὐτὸν λυρόν γὰρ γινόμενα τὰ ζῶντα πολλὰ κίς, πλείω κακὰ εἰς φίλους ἢ εἰς πολεμικοὺς ποιεῖ. ἐπεὶ μὲν τοι καὶ αὐτοὶ γινώσκουσιν, οἷα σφίσι τὰ πολεμικὰ ἐπιδόξαι, ὅτι εἰδότες ἐπὶ αὐτῶν ἑλλήνων εἰς πόλεμιν κατέβησαν, ὅτε ὅταν ἀλλήλοις πολεμῶσιν, οὐτὶ ὅταν οἱ ἑλλήνων αὐτοὺς ἀπὸ στρατοῦνται. ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖς ἐγνώκασιν μετ' ἑλλήνων εἰς πολέμους ποιεῖσθαι. ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ ἐμὲ ἀπεργασθαι μοι. φημί γὰρ πέρσας, καὶ εἰς σὺν αὐτοῖς, καὶ ἀσβεστέρους πρὸς θεοῦς, καὶ αὐτοὺς τῶν πρὸς συγγενῆς, καὶ ἀδικωτέρους πρὸς εἰς ἄλλους, καὶ αὐτὸν δροτέρους τὰ εἰς τὸν πόλεμον μῦν ἢ πρότερον, ἀρδὲ δὲ εἰς χεῖρας. εἰ δὲ τις ταύταντία μοι γινώσκει, τὰ ὅρα αὐτῶν ὡς ἔσονται, εὐρήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

ROMVLVS AMASAEVS LVDOVICVS

CO AVYLAE CAROLI V. CAESARIS IMPERATORIS
INTIMO CVBICVLARIO S. P. D.



D amorem, Ludouice Auyla, in animis hominum excitandum, etsi nihil est uirtutis pulchritudine ualentius, sepe tamen usu uenire uidemus, ut ea amoris scintilla, quam uirtutis ipsius splendor accenderit, nisi mutuis officijs, & perspicuis beneuolentiae indicijs foueatur, aut in ipsis amicitiae primordijs elanguescat, aut ad luminis claritatem segenius emicet. Quare a quo primum tempore tua me eximia indoles, suauissimi mores, incredibile optimarum artium studium, te ut quantū alium neminem amare, impulerunt, ac mihi egregiā tuam erga me uoluntatē, tua multa & humanitatis plenissima officia declarant: nihil mihi sanctius, aut solennius esse debere existimaui, quā ut orientis (ut ita dicam) mutui amoris nostri igniculos, certa quāpiam meae erga te obseruantiae significatione inflammare, atque cinixe operā dare, ut me quā te constanter & perpetuo diligere, nō indignissimū duceres. Quo in genere, cum eos qui amant nō ignorare, eos quos amāt, ijs potissimū rebus munerari solere, quas ab illis maxime expeti intelligis, tibi, quem literarū cupidissimū cognorā, aliquid de studiorum meorum quasi penu depromere cogitabā. Verum cum de multis, quae inchoata duntaxat atque informata habeo, unū aliquid cupere deligere, quod & ad meū erga te studiū testificandū esset appositū, & tibi aptum ac iucundum contingeret: optauissimus tuus a Turcico bello cum Cesare (quem maiestatis causa nomino) Bononiā reditus, facile omnem eius delectus mei dubitationem fustulit. Cum enim in primo congressu nostro, tibi ego de sequeundissimis Caesaris euentis essem gratulatus, qui diuina uirtute sua immanissimum hostem præproperam fugam facere cōgisset, atque e re nata inter nos mētio facta esset Alexandri, Themistoclis, Miltiadis, Ageilai, Luculli, Pompeij, & aliorum quorundam Imperatorum, quorum fuissent maxime illustres de Asia gentibus uictoriae: quæstisti tu hoc loco, quænam fuisset illa Græcorum expeditio, quam Plutarchus M. Antonio cum Parthis bellum gerenti, admirationi fuisse scriptum reliquerit: & nunquid Xenophontis, quem ille autorem nominat, de ea libri adhuc extant: exposui ego tibi celebratæ illius Græcorū monumentis historiæ summam argumentū. Ac cum te eius subtilius cognoscendæ cupiditate incensum animaduertē, in Xenophontis ipsius libris septem, quos inter iuueniles meas exercitationes, in latinū sermonem conuersos haberem, rem omnem ordine explicatam, prius quam hinc discederes, me tibi traditurum pollicitus sum. Ac statim e bibliothecæ meae latibris, in quibus annos amplius duodecim rudes & informes pene contabuerant, eductos, ut in tuo nomine apparerent in lucem, non magis emisi, quā extruxi. Quid enim facerem? An qui in huiusmodi aliqua re tibi gratificari ardentissime cupissem, hoc à te gratiam inuendi tempus præmitterem: præsertim cum tu postea læpius pro iure tuo me appellaris, & tanquam æris alieni submonueris. Ego uero, cum quādiu esset hic Caesar cōmoraturus incertum omnino esset, malui festinata expolitione in obsequendo studium & fidem, quā emendationis maturitate curam & exactam quandam diligentiam tibi meam probare. Quin cum ex sermone etiam tuo suspicari potuissem, ita demum fore tibi hoc quicquid muneris est gratissimum, si posses absoluti iam operis uno tempore complacula exemplaria habere, libros hosce non de scribendos (quod famæ fuisset meae fortasse consultius) sed librariorū formulis exprimendos cœraui. Neque illud omnino me deterruit, quod paratos uidebam multos, qui aut hanc uertendi operam contemnerent, aut melius uerbi potuisse dicere: illis enim quod respondeā in promptu est. Primum inique eos facere qui laborem cum uituperent, per quem maximas & grauissimas disciplinas, facile qui non sit rerum omnium imperitissimus, ab interitu uindictas intelligere possit. Deinde non posse iure id operis reprehendi, e quo summam aliquando de uerborum ac recentioribus hominibus multi sibi laudem meruerint. Quanquā attentius consideranti, uideri quodammodo possit ea quæ nunc legantur

legantur, maiore ex parte ab alijs, uel quasi mutuo accepta, uel ex alia lingua in patrium sermonem conuersa. Atque ut nulla uertentem laus consequatur, mihi bene & praeclare de hominum genere meriti illi uideri solent, qui quum intelligerent operam suam alijs commodiorem, quam sibi gloriosorem fore, non grauate suam paucorum laudem, ut quamplurimorum utilitati condonant uellent, sibi in animum induxerunt. Ad haec, iure fortassis nonnullis mea haec editio sermonem dederit, si in hoc uno omnes uigilae meae uertantur, ac non tam multa à me scripta domi delitescant, ut quae conuersa in lucem prodierint, illorum merito prolationes ueluti quaedam numerentur. Et profecto facile passurus sum meum hoc consilium reprehendi, si hi ipsi quibus id non probabitur, ostenderint aliquando, se melius sua, quam qui uertentes aliena, pronuntiasse. Quod si minimi fortasse negotij, atque operae leuissimae graeca in latinum transferre existimauerint, in hac cupio palaestra ut periculum faciant, intelligent profecto multa esse cogitantibus facillima, experientibus supra quam dici possit graui ac laboriosa. Postremo hos homines exoratos uelim, ne moleste ferant, me dum & incomparabili, quo tui incensus sum, amor indulgeo, & neglectae fidei crimen redimo, de laude mea non plurimum laborasse, iam uero qui melius potuisse dicant, hi ut eadem, quae ipse cum eos uerti tui retine, à se aliquid melius conuersum, ac non maiore ocio, uel laxiore tempore elatum ostendant, uehementer cupio. Hic est à Caesaris in hanc urbem aduentu dies quinquagesimus: ex his ipsis diebus, cum primorum aliquot lucem, partim in maximis reip. negocijs, partim in scholarum publico munere consumpserim, nocturnum, & succisui quidem horis totius operis castigationem elucubraui: reliqui dies librario dati sunt. At maturitatem, & potius cundationem desiderant, hoc est eodem reuolui. Meum, inquam, studium & beneuolentiam tibi adolescenti nobilissimo, atque omnibus fortunae ac uirtutis ornamentis praedito, quo uno ego in praesentia poteram, & tu maxime cupiebas modo, declaratam quamprimum uolui, non scienter uertendi facultate longiore sumpto temporis spacio cuiquam ostentata. Verum cum pluribus quam in animo habebam, cum haec ad te scribere exorsus essem, mei huius uel officij, uel obsequij uisus perceptoribus, si quorum forte aculeos meus hic labor exaceruerit, responderim, ad te iam ornatissime Aulya redeo. Munusculi certe huius mei prima erit ab autore commendatio, in quo te spero uel latine loquente, propter summam rerum prudentiam, Socratis discipulum, propter orationis copiam & iucunditatem, Atticam Musam: iam uero quod ea scriptis quibus non solum miles interfuit, uerum etiam dux praefuit, & historiae fidem, & summi imperatoris laudes agniturum. Illud enim hoc loco non dicam, multa te animaduerturam inter legendum fidei, prudentiae, tolerantiae, ac reliquarum uirtutum exempla, quae facile uelis & possis imitari. Multa item uitiorum, à quibus te semper abhorruisse letere. Ut illud missum faciam, magnam tibi uoluptatem asserere posse locorum & itinerum descriptionem, euentorum uarietatem, illustrium praeterea hominum mirabiliter expressos mores, naturam, consilia, acta, casus. Non addam multas etiam castrenses conciones, grauius & ornate, ac cum multa & plane Xenophonte iucunditate expositas, tibi facile declaraturas, uel inter armorum fremitus suum esse eloquentiae locum. Quae enim communes sunt totius historiae laudes, etiam in Xenophonte, atque adeo in his eius libris multum eminent, eas tamen potes ex aliorum etiam scriptorum monumentis cognoscere. Quod uero praeter autoris dignitate, ad munus meum apud te ornandum ualde fore accommodatum duco, primum erit quaedam ac maxime germana similitudo illius Graecorum expeditionis cum hac, quae nuper Caroli Caesaris magnitudinem & felicitatem immortalitati consecrauit. Vtraque enim magna sane temporum intervallo, certissimo fuit documento, non copiarum numero, sed militum uirtute: consilio, non ducum temeritate: disciplina, non impetu ad uictoriam proficisci. Deinde uero, quod cum Graecos leges parua manu infinitum prope Asianorum numerum sepius fudisse, neque tantum hostium perfidiam, periuriam atque insidias ualuisse, quin sola illi uirtute fieri, per ignota atque infesta loca, feras & immanes gentes euaserint, atque ad suos in patriam incolumes redierint: in minime dubiam spem adduci poteris, Caesarem aliquando minore multo negotio, uindicta Christiano imperio Peloponneso, extorto de impij hostis manibus Byzantio, in Aiam uictoribus aquis illaturum. Atque utinam mihi Aulya, & cum hac spe atque cogitatione complectere, & cum inter illas gentes assiduus, & fidus comes Caesarem sequere: mihi qui incredibilem meum erga te amorem hac additione indicare uolui, animo uero ac uoluntate summa, totum me in clientelam & fidem tibi tradidi, uel uiuenti, uel uitae iam muneribus perfuncto, aliquid suauitatis ac beneuolentiae tuae impertire. Vale. Bononia, pridie Kalend. Februar.

M. D. xxliii.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ XENOPHONTIS

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

DE CYRI MINORIS EXPE-

ΡΩΤΩΝ.

DITIONE LIBER PRI-

mus, Romulo Amaseo interp.



ΑΡΕΙΟΥ καὶ περυσίην δι' ἡ γινόντου πῦδος δι' ὅ, πρὸς βύτη-
ρ' ἢ ἀρταξέρξης, νεώτερος ἢ λυ-
ρ' ἢ. ἐπεὶ δὲ ἡδοναίαι διαρῆς καὶ
ἰσχυρῆς ἐκείνου τῷ βίον, ἐξ
λατῶν πῦδος ἀμφοτέρω πρῶτον.

ὁ μὲν ἐν πρὸς βύτην παρὼν ἐτύγχανε. λυρὸν δὲ με-
ταπέμπερ' ἀρ' ἢ ἀρχῆς, ἡς αὐτὸν σκτροπύλιν ἐποίησε.
ἡ γ' ἡρατὴ γὰρ δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς κατω-
λοῦ πεδίου ἀθροίζονται, ἀναβαίνει ἐν ὁ λυρ' ἢ, λαβὼν
πρὸς ἀφ' ἑνὸς ὡς ὅλου, καὶ τ' ἐκείνου δὲ ἔχωρ' ὅπλιντας
ἀνέκ' ἡρατῶν, ἀρχόντα δὲ αὐτῶν ξυρία παρ' ἑρ-
σιον, ἐπεὶ δὲ δὲ ἐκείνου δὲ δαρείου, καὶ κατὰ ἐν εἰς
τῷ βασιλείᾳ ἀρταξέρξης, πρὸς ἀφ' ἑνὸς ὡς ὅλου ἢ λυ-
ρ' ἢ πρὸς τὸν ἀδελφόν, ὡς ἀνδρὸν ἀνδρὸν αὐτῶν. ὁ δὲ πρὸς
δεταί τε, καὶ συλλαμβάνει λυρὸν, ὡς ἀρταξέρξης. ἡ δὲ
μήτηρ δὲ αὐτῶν ἀνδρὸν αὐτῶν, ἀρταξέρξης πάλιν ὑδὶ τῷ
ἀρ' ἢ. ὁ δὲ ὡς ἀπὸ λυρὸν κινδυνεύει ἡ ἀτιμασίαν, βου-
λόμενος ὅπως μὴ ποτε ἐπ' ἔσαι ὑδὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ'
ἡν δυνήσεται, βασιλεύσει αὐτ' ἐκείνου. πρῶτος μὲν
δὲ μήτηρ, ἰσχυρῆς τῷ λυρῷ ὡς αὐτὸν μάλλον, ἢ
τ' βασιλεύοντα ἀρταξέρξης. ὅστις δὲ ἀπὸ κινδυνὸς τῶν πα-
ρὶ βασιλείας πρὸς αὐτὸν, πάντας οὕτω δὲ λαβὼν ἀνέπεμ-
περ' ὡς ἐκείνου μάλιστ' ὡς αὐτὸν ἢ βασιλείᾳ. ἡ γ' παρ'
ἐκείνου ἢ βαρβαρῶν ἐπέμελετο, ὡς πολεμῶν τε, ἡ καὶ
ἐκείνου, ἡ βυνοικῶς ἐχρὶν αὐτῶν. τῷ δὲ ἐκείνου δὲ ὡς

μὴ



ARIVS ex Parysatide filios
duos suscepit: maiorem quidem
natu Artaxerxē, minorem uero
Cyrū. Is cū graui affectus mor-
bo, extremū à se diem nō lon-
ge abesse suspicaretur, utrūq;
filium cum ē uita decederet, in-

teresse cupiebat. Aderat tūc quidē Artaxerxes. Cyrus ē
provincia, cui à patre praefectus fuerat, accersendus fu-
it: ei namq; ciuitatū earum omnium quae ad Castoli cāpos
sunt, imperiū detulerat. Ac uenit ille quidē quamprimum
cum Tissapherne, quem sibi amicū putabat, & Graeco-
rum grauis armaturae peditiū trecentorū cohorte, quam
Xenias Paryhasius ducebat. Mortuo uerò Dario, cū ei
in regnū Artaxerxes successisset, Tissaphernes Cyrum
apud fratrem criminatur, quod ei insidias cōpararet: cui
cū ille credidisset, Cyrum cōprehendit. Eum tamē ma-
ter deprecatione sua, certae necis periculo liberatū, in
provincia remittit. Tūc Cyrus & periculi, & fraternae
cōtumeliae indignitate grauius cōmotus, deliberat quo
nā modo et à fratre deficiat, et eius etiā sibi regnū uindi-
cet. Et Parysatis quidē mater, in hūc magis q̄ in ipsum
iā regnantē Artaxerxē animi inclinatione propēdebat.
Ipse uerò Cyrus eorū qui ad se à rege quacūq; de causa
uenisset, ita sibi animos cōciliabat, ut amiciores multo si-
bi, q̄ regi dimitteret. Praeterea & ex barbaris nationib.
quarū & bellicae uirtuti, & studijs erga se confideret,
multas sibi suo beneficio deuinciebat, & Graecorū co-
pias